



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCXXXV. De Consolatione fratrum & Christi fidelium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Meneko de Quersfurt XII. Mag. Provincie in Prussia

ANIMADVERSIONES.

- (a) Jeisbutte habet Jeroschinus, alii Jesbute.  
(b) Zuleswerth habet Jeroschinus & Chron. M. S. Germ. antiq. in 4.  
(c) Malè Kojalovicius legit *Eleam*. Licca enim fluvius, quem Licca opidum auctorem sui nominis nuncupat, notissimus est, influitque in Narvam.  
(d) Narva fluvius Masovia, qui se in vistulam exonerat.  
(e) Alia Chronica habent CCCC.

CAP. CCXXXV.

De

*Consolatione fratrum & Christi  
fidelium.*

**H**Oc tempore antequam idem Exercitus fratrum obtentâ victoria rediret, frater Meneko Magister cum quibusdam Præceptoribus sedit sollicitus de Exercitu prædicto, quia longam moram contraxerat ultra tempore debitum redeundi, turbatusque de morte Commendatoris de Raganita & suorum, & cum sic tristes conferrent ad invicem, venit nuncius, qui dixit, quod fratres de Raganita XXV. latrunculos occidissent; Adhuc illo loquente intravit secundus, qui cum victoria redire fratrum Exercitum affirmabat. Vix iste verba finierat, & supervenit tertius, qui quendam Principem, qui voluit, ut communiter refereretur, sibi Pruschia terram ejectis fratribus subjugare, mortuum nunciat. Gavisi sunt ergo Magister & fratres gaudio magno, & immensas gratias DEO, qui consolatur suos in omni tribulatione de tot beneficiis, referebant. Ecce quomodo justo DEI Judicio mundus, qui ante gaudebat, turbatur, & fratrum tristitia in gaudium est conversa.

CAP.